FERIAE QUADRAGESIMAE

129

12. Io 3, 16: Sic dilexit Deus mundum,

ut Filium suum Unigenitum daret;

omnis qui credit in eum habet vitam aeternam.

13. Cf. Io 6, 63c. 68c: Verba tua, Domine, Spiritus et vita sunt;

verba vitae aeternae habes.

14. Io 8, 12: Ego sum lux mundi, dicit Dominus;

qui sequitur me, habebit lucem vitae.

15. Io 11, 25a. 26: Ego sum resurrectio et vita, dicit Dominus;

qui credit in me non morietur in aeternum.

16. 2 Cor 6, 2b: Ecce nunc tempus acceptabile,

ecce nunc dies salutis.

17. Semen est verbum Dei, sator autem Christus;

omnis qui invenit eum, manebit in aeternum.

ACCLAMATIONES

pro tempore Quadragesimae

1. Gloria et laus tibi, Christe.

2. Gloria tibi, Christe, Sapientia Dei Patris.

3. Gloria tibi, Christe, Verbum Dei.

4. Gloria tibi, Domine, Fili Dei vivi.

5. Laus et honor tibi, Domine Iesu.

6. Laus tibi, Christe, Rex aeternae gloriae.

7. Magna et mirabilia opera tua, Domine.

8. Salus et gloria et virtus Domino Iesu Christo.